

Praefatio editionis primae.

Duarum codicum, quibus Alcestis nobis tradita est, familiarum testes digni, qui adhibeantur, sunt *B* [cod. Vatic. 909] et *S* [cod. archetypus perditus librorum *L* (cod. Laur. 32, 2) et *P* (cod. Palat. inter Vaticanos 287)].^{*} *B* et *P* excussit Hugo Hinekius, libri *L* collationem debeo liberalitati Hieronymi Vitellii. et Hinekius et Vitellius collationes diligentissime et accuratissime confecerunt. integrum scripturae discrepantiam codicis *B* cum legentibus communicavi, codicis *S* omnes, quas indagare potui, lectiones attuli. de fide horum librorum in Alcestide idem statuendum, quod in Medea.

codex *a* (Parisin. 2713) in Alcestide et Andromacha textum a Byzantino grammatico interpolatum praebet ac fere prorsus consentit cum codicibus *d* (Florent. 31, 15) et *c* (Florent. 31, 10), quos passim inspexit Vitellius. grammatici transpositiones verborum, e quibus una ($\pi\alpha\tau\eta\varrho\gamma\acute{\epsilon}\varrho\omega\nu$ v. 820) usque ad hunc diem editores fecerunt, et mutationes temerarias aequae ac libri errores omnes annotare nefas duxi. hunc codicem et Havniensem (*C*), quem interdum veram lectionem exhibentem commemoravi, ipse contuli.

codicem Harleianum 5743 recentissimum, qui Alcestidis fragmentum, Rhesum, Troades continet, uno, quo intererat, loco (v. 1037) inspexit, qua est comitate, Carolus Dziatzko.

eis, quae in praefatione editionis Medeae de orthographia notavi, addendum est me in Alcestide librorum lectione non commemorata semper $\vartheta\eta\acute{\epsilon}\sigma\kappa\omega$ pro $\vartheta\eta\acute{\epsilon}\sigma\kappa\omega$, $o\acute{\epsilon}\eta\tau\acute{\epsilon}\varrho\omega$ pro $o\acute{\epsilon}\eta\tau\acute{\epsilon}\varrho\omega$ scripsisse.^{**}

scr. Vratislaviae m. Octobri a. 1878.

R. Prinz.

* Librum *P* ex ipso *L* non ex communi archetypo derivatum esse, in praefatione Medeae editionis secundae expositum est.

** $o\acute{\epsilon}\eta\tau\acute{\epsilon}\varrho\omega$ propter futurum $o\acute{\epsilon}\eta\tau\acute{\epsilon}\varrho\omega$ reliqui.

N. W.